

## DE CONSERVANDA

purgat etiam uermes, & materiam unde illi generantur. Quare Galli magna ex parte in diebus paschalibus utuntur Athanasia fruxa cum ouis, ad purgationem phlegmatum, ex piscibus in ieiunio quas

dragesimali collektorum, unde facile uermes in dispositis & aptis generari possent. Ultimo uersu traditur Saluiam dici, quasi naturae saluatricem.



## DE RUTA. CAP. LXI.

**N**obilis est ruta, quia lumina reddit acuta, Auxilio Rutæ uir quippe uidebis acutè. Ruta comesta recens oculos caligine purgat,

Ru